

5. 7. Trentacinq. n. 7. Gigas de pensionib. quæst 88. Quod limitandum est, si scholasticus fructus sui beneficii, ut studii incumbere possit, locet ad triennium, vel ad aliud brevius tempus, & pro toto triennio anticipat pensiones recipiat nam si ante decedat, quam locatio finiatur, successor nisi eas solverit colono, stare compellitur locacioni nihil pensionum nomine recepturus; Rebus. de privi-leg. 26. August. Barbof. nu. 9. Tondut. n. 37. De quo vide Trident. sess. 25. de reformat. c. 11. ubi prohibentur locaciones per anticipatas solutiones fieri, non obstante privilegio quocunque.

103 Principalis conclusio diversimodè solet limitari, ut videre est apud Augustin. Barbofa ex nu. 2. & Caroc. conclus. 9. n. 57. cum seqq. ex quibus una est frequentissima, ut scilicet successor ad locacionem teneatur pro eo anno, quo beneficiarius qui locavit deceffit, ne colonus in damno versetur propter sumptus ad culturam factos, ita Caroc. conclusio. 13. num. 61. Gratian. sup. c. 606. num. 17. Tondut. nu. 5. Marefcot. n. 7. in fine, Surd. decis. 52. n. 10. Francisc. Marc. decis. 197. n. 9. part. 2. August. Barbof. nu. 3. Cacher. decis. 82. num. 10. Trentacinq. nu. 10. Idem per contrarium dicendum est de colono, qui pro eo anno recedere à locacione invito beneficiario nequit; Trentacinq. d. n. 10. vers. Hac conclusio, Francisc. Marc. decis. 102. in fine, part. 1. Aug. Barbof. ubi proximè, Aloyf. Ricc. in prax. for. Ecclesiastic. resolut. 97. n. 5. in 2. edit. Quod intellige ut sup. n. 4.

104 Altera limitatio est, quòd ubifuerit consuetudo obligans successorem in beneficium ad standum locacioni antecessoris, servanda erit; Caroc. concl. 14. num. 63. Francisc. Marc. decis. 244. part. 1. Aug. Barbof. nu. 4. Ricc. sup. n. 8. Quaranta in summ. Bullarii, verb. alienatio, nu. 19. & in Gallia ad tolendas fraudes in Tribunalibus frequentissimè observari, ut locacioni per successores stetur, testatur post alios Tondut. n. 31.

105 Utium colonus electus per successorem ante finitum locacionis tempus agere ad interesse contra hæredes beneficiarii, qui locavit, possit? latè disputat Guttier. d. c. 36. ex nu. 16. cum quo tenendum est, quòd si beneficium ad alium perveniat facto locatoris, ipse vel fidejussores, aut hæredes manent astricti ad interesse colono solvendum pro futuris annis, usque ad tempus præscriptum: Si verò morte, aliave causa præter voluntatem, aut factum possessoris beneficium in alium transferatur, nulla actio dabitur conductori, quia casu fortuito usus rei impeditur; quare nihil ex gere poterit, nisi quicquam anticipatè solverit, quod repetere non prohibetur. Idem docet Petr. Barbof. in d. §. in n. 22. Aug. Barbof. n. 11. 12. & colligitur ex traditis per P. Molin. disp. 493. n. 1. 5. & Molin. d. c. 21. d. n. 8. Et procedit quanquam colonus expensas fecerit pro integro locacionis tempore, quoniam sibi imputare debet, qui prævidere potuit casum mortis beneficiarii, à quo conduxerat, quo locatio in tempestivè finiretur, ut Molin. & Aug. Barbof. asserunt. Quæ resolutio limitatur quoad secundam partem; si beneficiarius locasset rem Ecclesiæ, ut patrimoniale, ejus qualitatem ignoranti; Guttier. n. 19. Aug. Barb. n. 13. Molin. (licet in successore majoratus loquatur) nu. 11. Aut si beneficiarius de eversione cautionem interponeret, obligans se ad interesse pro toto locacionis tempore, quia ipse, fidejussor vel hæres poterit conveniri, ut pactioni stet, quamvis casu rei usus impeniatur; August. Barbof. n. 14. Guttier. nu. 25. qui à n. 27. limitat etiam de jure Regio; ex l. 9. tit. 17. p. 1.

Ibi: *Quæ quidem procedit.*

Hoc speciale non est, sed generaliter in materia locacionis observatur, nec claudicare contractus potest, ut dictum est sup. n. 2. & in specie notant, Molin. n. 4. Caroc. conc. 20 n. 78. P. Molin. disp. 492. n. 5. Aug. Barb. n. 15. Guttier. nu. 12. Petr. Barb. n. 19. Trentacinq. n. 5. Redoan. de reb. Eccles. non alien. §. 1. An Prælati, n. 5.

Ibi: *Idem erit ubi Rector Ecclesiæ.*

De hoc consulas Tondutum latè disputantem à n. 12. qui cum D. Covar. in præsentis resolvit, beneficiarium succedentem in favorem, non teneri ad resignacionem etiam in favorem, non teneri ad continuandam locacionem ab antecessore factam: idem probant Trentacinq. nu. 8. Petr. Barbof. ubi prox. me, Flamin. de resignat. beneficior. p. 1. q. 26. n. 47. Ant. de Marin. d. c. 259. n. 11. Redoan. sup. pag. 342. n. 6. P. Molin. ubi proximè, Guttier. n. 6. Cacher. variat. p. 1. c. 14. n. 45. Ratio est quia cum singularis successor sit, locacioni non astringitur, juxta regulam l. emptorem; ex qua constat, nihil interesse quòd voluntate antecessoris succedatur; nam hoc onerat alienantem, ut de eversione teneatur, non eum, qui emit, vel aliter rem acquirit, ut notat Tondut. n. 16. 18.

Sed contrarium placuit Gratian. d. c. 606. n. 20. 108 Surd. de aliment. tit. 9. q. 42. num. 13. Hodiern. ad eundem dec. 33. n. 4. Merlin. sub. d. q. 22. n. 14. qui moventur communi doctrina, quæ habet, proprietarium teneri ad locacionem per usufructuarium factam, quando consolidario usufructus cum proprietate sit ex voluntate usufructuarii. At sustinendo pro eorum communem sententiam, respondendum est, quòd etsi concedatur (quod difficultate non vacat) proprietatis dominum, ad quem usufructus voluntate locatoris pervenit, non posse à locacione resilire; diversa tamen in beneficiario ratio militat, siquidem in usufructuario, & similibus, successor jus, ac causam habet à renuntiante, vel cedente, successor verò beneficii, etiam per resignacionem in favorem illud à resignante non recipit immediate, sed à Superiore conferente, Roman. conf. 201. n. 5. Alex. conf. 63. n. 11. 12. lib. 4. Ita Tondut. num. 26.

Vers. Tertium, in hac questione.

Hujus questionis fundamenta pro utraque parte refert, Petr. Barbof. à n. 7.

Vers. Ego verò.

Nemini dubium est, quin Prælati, vel Rector Ecclesiæ possit propria autoritate res ejus ad triennium, aut infra locare, Clement. 1. de reb. Eccles. Bald. in l. jubemus nulli, num. 4. vers. Quod autem, C. de Sacrosanct. Eccles. Caroc. conc. 2. num. 7. Petr. Barbof. n. 23. & alij mox referendi.

Ibi: *Quòd si locatio fieri potuit.*

Locatio ritè facta per Rectorem Ecclesiæ, ejus nomine; ac pro ipsius utilitate de rebus Ecclesiasticis, est per successorem omninò servanda ad tempus conventionie præsumit; Marefcot. nu. 5. Barbof. sentior n. 22. Tondut. n. 1. P. Molin. disp. 492. n. 5. Caroc. sup. conc. 1. n. 7. August. Barbof. n. 1. & in collectan. ad c. ult. n. 6. ne Prælat. vic. suas, Cal-

valcan. decis. 44. tit. 31. Guttier. sup. d. c. 8. n. 71. Mantis. ubi proximè, n. 2. vers. Et quidem successor. Lassart. de Decim. vend. c. 18. n. 97. Franc. Marc. decis. 196. n. 8. p. 2. Trentacinq. n. 9. Thom. Delbene de immunit. Eccles. tom. 2. c. 17. dub. 24. nu. 6. & cap. 28. dub. ult. n. 4. Quo casu pensiones anticipatè solutas successor debet approbare, si in utilitatem Ecclesiæ veritas fuerit; alias iterum à colono exigentur, Petr. Barbof. cum aliis, n. 27. Tondut. n. 33. 37. Ferret. conf. 151. n. 1.

Ibi: *Sicut tenetur tutor, qui alteri tutori.*

111 Tutor, aliisque similes administrator, si in alterius locum subrogetur, antecessoris locacioni legitime factæ stare compellitur, Tondut. n. 2. Caroc. rubric. de tutor. & curatorib. q. 6. n. 23. 4. P. Molin. d. n. 5. ad fin. Petr. Barb. n. 23. Guttier. de tutel. par. 2. c. 20. n. 7. Delbene sup.

Ibi: *Nec refert, sit utilis locatio Ecclesiæ.*

112 Communiter DD. requirunt, ut in specie, de qua agimus, successor stare debeat locacioni, quòd contractus utilis sit Ecclesiæ, ut constat ex Trentacinq. d. n. 9. Caroc. conc. 2. ex n. 7. Sed nihilominus verum est, in præsentis D. Covar. docet: scilicet locacionem quoad successorem subsistere, etsi damnosa fuerit, aut non utilis Ecclesiæ, nisi restitutio in integrum adversus eam postuletur; nam communis opinio non explicat, qua via à locacione successor recessurus sit, atque ita est intelligenda, ut, obvento restitutionis auxilio; colonus expellatur; prout sentiunt Petr. Barbof. n. 23. Redoan. p. 343. n. 8. Guttier. & P. Molin. ubi proximè, Caroc. d. conf. 2. n. 9. 14. Delbene sup. n. 7.

Vers. Sic sane, si Rector alicujus Hospitalis.

113 Rector, sive administrator alicujus Hospitalis ad tempus constitutus, si legitime locet prædia propria Hospitalis, ejus nomine ad longius, quam administratio est permanens, successor resilire à contractu ante finitum locacionem prohibetur, P. Molin. d. nu. 5. in fin. Guttier. d. c. 20. n. 8. Roland. conf. 49. num. 7. lib. 2. Petr. Barb. num. 7. Caroc. d. conc. 2. n. 7.

Vers. Idem dicas.

114 Idem de Rectoribus Civitatum docent etiam DD. proximè laudati.

Vers. Ut. Ibi: *Non idem erit.*

115 Quamvis Beneficiarius, sive Prælati locet prædia Ecclesiastica, quorum fructus ad se pertinent, nomine Ecclesiæ; non ideo successor stare tenetur locacioni, quæ restricta intelligitur ad tempus, quo locator beneficio, vel dignitate fungatur: Petr. Barbof. n. 19. Guttier. d. cap. 36. n. 5. Tondut. n. 3. Trentacinq. n. 9. vers. Ex hac conclusione, Alexand. conf. 160. n. 4. Idem erit, si expressim obliget successorem, cum non possit Marefcot. n. 6.

116 Ratio est, quoniam Prælati nullum jus in successorem transfert, ut eum stare suo contractui valeat obligare. Nec interest, quòd asserat se nomine Ecclesiæ locare, cujus nulla versatur utilitas; quare in eo actu non ut administratorem se gerit, sed tanquam jus in re habentem: quod cum ita sit, natura & veritas rei verborum prætextu non immu-

Varia addit. ad Covar. Tom. I.

tatur, l. 1. & per tot. C. plus valere quod agitur, quam quòd simul. concip. Guttier. d. c. 36. nu. 5. 6. Petr. Barbof. n. 29.

## AD CAPUT XVI.

De locacione bonorum Ecclesiæ, ubi & non nulla de alienatione notantur.

### SUMMARIUM.

- 1 De materia agentes.
- 2 Alienatio bonorum Ecclesiæ, juris solemnitatibus non servatis, est nulla.
- 3 Prælati, aut beneficiarius, an valeat fructus ad dignitatem, vel beneficium attinentes, ad longum tempus locare? ad nu. 8.
- 9 Locatio ad longum tempus de rebus Ecclesiæ non consistit, & quantum longum tempus dicatur, ad n. 12.
- 10 Ex locacione ad longum tempus utile dominium transfertur, sed pacto impediri potest. 13. 15. 16.
- 14 Quibus alienatio prohibetur, locare ad longum tempus non licet.
- 17 Conductor possessionem non querit, sed si ad longum tempus conducatur, obtinet naturalem.
- 18 Prælati jurans alienare bona Ecclesiæ, num valeat ea ad longum tempus locare? & nu. 19.
- 20 De forma, qua hujusmodi juramenta fiunt, & quomodo intelligantur.
- 21 Alienationis verbo quando locatio ad longum tempus contineatur.
- 22 Verba ita accipi debent, ut delictum excusetur, & pena.
- 23 Juramentum ita debet intelligi, ut quando minus possit jurantem astringat.
- 24 Emphyteuta locans ad longum tempus, domino irrequisito, an incidat in penam caducitatis? usque ad n. 26.
- 27 Locatio bonorum Ecclesiæ ad vitam, non servatis solemnitatibus juris, non tenet, quid si locetur ad vitam senis. nu. 30. 31.
- 28 Quid si locetur ad voluntatem contrahentis, aut alterius.
- 29 Quid si ad tempus incertum.
- 32 Inter Prælatos Regulares, & Seculares differentia quoad locacionis tempus.
- 33 Locatio rerum Ecclesiæ ultra triennium, omissis solemnitatibus juris, nulla est, Ampliatur, esse juramento confirmetur. 34.
- 35 Episcopali constitutione triennium restringi potest, sed non extendi.
- 36 Locatio rei Ecclesiastica num valeat, si exprimat, plures contrahi locaciones, per singula triennia? ad num. 40.
- 41 Locatio rei Ecclesiæ ultra triennium, an intra illud sustineatur de quo usque ad n. 51.
- 52 Locatio hæc non vitatur, si res singulis annis fructus non tulerit.
- 53 Mandatum ad locandas res Ecclesiæ intra tempus promissum, triennio elapso, non finitur.
- 54 Extravag. Ambrosiæ, de reb. Eccles. jur. commun. num sit usu recepta.
- 55 Lex usu non recepta non obligat de quo ad n. 59.
- 60 Lex jam recepta, contraria consuetudine abrogatur, & quanto tempore? n. 61.
- 62 In Hispania d. Extravag. Ambrosiæ, recepta est quoad nullitatem contractuum, secus quoad penas.



- 63 D. Covarr. quid senserit circa fructuum beneficiariorum locationem.
- 64 Contractus nulli ex defectu solemnitarum valent, si Ecclesia velit.
- 65 Quid circa locationem bonorum Ecclesie S. Concil. Trident. statuerit.
- 66 Utrum Alienationis verbum hypothecam contineat & nu. 67.
- 68 Minoris bona immobilia, vel pretiosa, utrum absque decreto possint obligari? ad n. 70.
- 71 Aliquo prohibito, non licet, per quod pervenitur ad illud.
- 72 Alienationis verbum domini translationem significat.
- 73 Alienatione vetita, nec hypotheca permittitur.
- 74 Res Ecclesie an possint absque solemnitatibus generaliter, vel specialiter obligari, ad n. 76.
- 77 Penae adversus alienantes non legitime bona Ecclesie, non ligant, nisi traditione sequuta: quid circa hypothecam nu. 73.
- 79 Res Ecclesie sine solemnitatibus pignori nequeunt dari.
- 80 Causa, ex quibus res Ecclesie alienare licet.
- 81 In alienatione bonorum Ecclesie quis ordo servetur.
- 82 Reliquiae Sanctorum num absque solemnitatibus alienentur? ad nu. 86.
- 87 Bona Ecclesie, an sint distrabenda, ut pauperi sua culpa effecto succurratur? ad n. 93.
- 94 Bona fideicommissio subjecta an possint distrabi pro liberando a carcere possessore remissivo, & num. 95.
- 96 Delinquentibus carceratis succurrendum, & quibus cura subveniendi carceratis incumbat.
- 97 Bona Ecclesie an vendi possint, ut carcerati ob crimina liberentur? & n. 98.
- 99 Legatum pro redemptione captivorum nequit per executores testamenti ad liberationem carceratorum applicari.
- 100 Bona Ecclesie non licet alienare, ut damnata ad trivemes liberentur. Sed limitatur, ibi.
- 101 Quae bona Ecclesie alienari absque solemnitatibus prohibentur, ad n. 104.
- 105 Res consecrata quomodo distrabenda.

**D**E locatione rerum Ecclesiasticarum differunt Molina. de primog. lib. 1. c. 21. Fet. Franc. Tondut. questionum, & resolut. benefical. part. 1. c. 6. Pat. Vazq. in opuscul. tract. de redditib. c. 2. §. 2. Stephan. Quaranta in summ. Bullarj. verb. alienatio rerum Ecclesie, Pat. Molin. de just. & jur. tr. 2. disp. 466. cum seq. Caroc. in tract. locat. rubric. de reb. Eccles. August. Barbof. de offic. & potestate Episcop. part. 3. allegat. 95. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiastic. tom. 2. c. 18. Guttier. Canonic. questio. lib. 1. c. 8. & lib. 2. c. 13. Marefcot. variar. resolut. lib. 9. c. 25. Cevall. commun. cont. commun. tom. 1. quest. 193. Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 5. titul. 5. Alvar. Valasc. de jur. emphyteut. quest. 29. Pellizzar. in manual. Regular. tom. 1. tr. 6. c. 8. a nu. 14.

2 Alienatio rerum Ecclesiasticarum est nulla, nisi juris solemnitates intervenerint ut compertum est, ac dicemus infra, cap. proximo, ad num. 1. Hinc quaeritur an locatio earundem rerum similiter solemnitates, ut consistat, desideret? Et jure, ac universo Interpretum consensu talis distinctio probatur, ut ad longum tempus solemniter fieri debeat; ad modicum vero, non ita: circa quod variae excitantur quaestiones, quae capiti huic amplissimam materiam exhibuerunt. Hac de immobilibus, aut pretiosis mobilibus intelliguntur,

Ibi: Ex quo tamen adjuncta Bartoli interpretatione.

In primis quaeritur, utrum liceat Praelato, aut beneficiario fructus sibi ex bonis Ecclesiasticis ad victum designatos ad longum tempus, vel vitam suam locare? Affirmant Molin. n. 24. 27. Delbene sup. c. 17. dubitat. 24. & c. 18. dub. ult. Pat. Molin. disp. 466. n. 7. Redoan. de reb. Eccles. q. 6. §. ult. n. 4. P. Vazq. dub. 6. n. 31. & dub. 7. n. 34. Diana resolut. moral. p. 10. tract. 16. resolut. 51. Avend. in c. Praetor. p. 1. c. 4. n. 42. Caroc. sup. concl. 9. nu. 51. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 1. tit. 17. part. 1. Mantic. tit. 13. n. 21. Zerola in prax. verb. alienatio §. 1. conc. 10. Cened. ad Decretal. collect. 76. nu. 3. & coll. 102. n. 3. Lessi. d. just. lib. 2. c. 25. dub. 11. Filluc. tract. 44. c. 4. q. 1. n. 70.

Ratio est, quia jura prohibentia locationem ad longum tempus, non agunt de hujusmodi fructibus, sed de rebus ipsis Ecclesiasticis, aut de redditibus, qui cedunt in utilitatem ipsius Ecclesie; non beneficiarii; cum non huic, sed illi prospiciatur, ut ex eorum contextura dignoscitur. Ita Pat. Vazq. Delbene, P. Molin. & alii sup. Hinc inferuntur. Primo, posse hos fructus ad vitam; vel ad longum tempus donari, vel vendi; P. Molin. nu. 26. vers. In tertia & ultima, Inferuntur. Secundo, praemissam conclusionem non procedere quoad fructus, qui ad beneficiarium non spectant, sed ad fabricam, vel alios usus Ecclesie deserviunt; quoniam hi, ut bona Ecclesiastica, locari nisi ad modicum tempus prohibentur. Extravagant. Ambitiosa, de reb. Eccles. int. commun. Pat. Molin. n. 7. Delbene d. dub. ult. n. 2. Molin. n. 27. ubi differentiae hujus rationem tradit.

Ibi: Sed verè in d. c. ult.

Sed adversus superiorem receptam sententiam extat altera etiam communis, quae docet, vetitum esse fructus ad beneficiarios pertinentes; ab eisdem ad vitam, vel longum tempus locari; ita tenent Guttier. d. c. 8. n. 15. 16. Bonacin. in summ. tom. 1. tract. de alienat. bonor. Ecclesiastic. disp. 2. q. unica punct. 2. n. 25. vers. Sed oppositum, Cevall. sup. n. 12. ubi de praxi testatur, Boer. decis. 234. nu. 2. Rodrig. p. 1. c. 18. n. 5. Ricci decis. 114. part. 3. Aug. Barbof. n. 20. 21. Emman. Sa in summ. verb. conductio, n. 13. Garcia de benef. part. 2. c. 1. n. 33. Gam. decis. 156. nu. 2. & decis. 390. n. 6. Quibus hic accedit D. Covarr. quamquam aliud sentire videatur quoad prohibitionem, d. Extravag. Ambitiosa, infra, n. 6. vers. Sexto visum est quibusdam.

Ratio hujus assertionis est; quia cum fructus isti inter bona Ecclesiastica numerentur, generalis prohibitio locationis ad longum tempus eos quoque comprehendere debet; ut colligitur ex clement. 1. de reb. Eccles. & d. Extravag. Ambitiosa.

Praeterea pro hac opinione expenditur maxima congruentia; nam si permittum esset beneficiariis ad vitam, longumve tempus fructus sibi necessarios ad victum locare, hoc facere possent, receptis anticipare plurium annorum pensionibus, cum nullibi vetitum reperitur; ex quo evenire facile posset, ut in futurum sibi alimenta deficerent, argum. l. cum hi. ff. de transfat. Unde Ecclesia grave detrimentum sentiret, cum ministri ob egestatem debitum obsequium exhibere nequirent: ad quod facit doctrina tradita sup. lib. 1. c. 4. n. 15. Quod inconveniens agnoscunt, qui oppositum tuerunt, ut Dian. & Delbene d. disp. ult. n. 3. At respondent, ex hoc

hoc solum convinci, ut expediret fieri legem prohibentem, ne fructus beneficiorum, anticipata solutione locarentur; sed dum illa non est, beneficiarii jure suo uti poterunt, locando ad longum tempus, pecunia anticipata soluta. Hoc tamen non satisfacit; quoniam superflua esset talis constitutio, cum alia via huic damno sit succursum per d. Extravag. Ambitiosa, quae recte intellecta locationem vitam ad longum tempus verat, quo observato praefatum periculum evitatur, & hoc etiam praeculis habuisse illius constitutionis Conditionem, credibile est.

8 Ex quibus ultima sententia verior videtur; nam etsi per locationem fructuum nullum jus in re ad conductorem etiam ad longum tempus transferatur, quae fuit ratio prohibitionis d. Clement. 1. ut omnes fatentur, tamen Ecclesiae potest detrimentum inferri, cui obviam ire intendit Paulus II. in d. Extravagant. Ambitiosa, ubi generaliter vetat omnes contractus, ex quibus Ecclesia laedi possit, inter quos locationem ultra triennium interdicat. Sed cum locatis ad longum tempus fructibus ad beneficiarios attributibus, conditio Ecclesiae deterior fieri possit, ut dictum est, ex mente Legislatoris, hanc locationem prohiberi, constat, maxime cum verba non repugnent, imò sua generalitate omnia contineant. Unde si alicubi Pauli constitutio recepta non sit, licebit fructus beneficiorum etiam ad vitam per beneficiarios locari, nam dicitur. Clement. 1. solum prohibet, ne rei Ecclesiasticae utile dominium in conductores transeat per locationem ad longum tempus, quod fructibus sic locatis non contingere comperatum est, siquidem conductor eos nomine locatoris percipit, ut uterque Molina, & alii pro prima opinione adducti notarunt.

Ad Num. 1.

9 Locatio rerum Ecclesiasticarum ad longum tempus, non adhibitis juris solemnitatibus, est irrita; Molin. n. 8. 27. Delbene d. c. 18. dub. 1. nu. 8. P. Molin. nu. 3. Marefcot. n. 3. Valasc. nu. 7. 8. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 3. n. 2. Guttier. d. c. 1. §. n. 5. Caroc. sup. conc. §. n. 17. Vazq. dub. 1. n. 21. Redoan. q. 7. nu. 5. 6. Cevall. ex nu. 2. cum seqq. Bonac. sup. n. 24. Pet. Barbof. in l. si filiosam. §. ult. nu. 26. ff. solut. matrim. Quod accipit de immobilibus, aut pretiosis mobilibus.

10 Ratio est, nam per locationem hujusmodi fit alienatio, cum dominium utile conductori quaeratur; l. 1. §. Quod autem ff. de superficies. ubi Bart. n. 10. Valasc. de privileg. paup. q. 22. n. 13. Cancer. var. p. 1. c. 14. n. 26. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 84. vers. Sed his non obstantibus de qua infra, n. 15.

Ibi: Et licet aliis arbitrio Judicis.

11 Quod tempus longum dicatur pro materia, de qua agitur, discernendum est; quare plures circa hoc sunt opiniones, quas refert Menoch. sup. d. cas. §. per tot. Illud autem omnino tenendum est; quod ubi à lege definitum non reperitur, Judicis arbitrio relinquendum est; Menoch. de retinend. possess. remed. 4. n. 39. & d. cas. §. n. 12. Caldas de resol. emphyteut. c. 1. n. 23. Caroc. conc. 7. n. 15. P. Vazq. sup. n. 22. Cevall. nu. 13. Pat. Molin. disp. 445. n. 3. Aug. Barbof. in collect. ad d. Clem. 1. n. 13. Eit tamen advertendum in quacunque materia, decennium longum tempus esse, in quo nullum Judicis arbitrium datur, sed infra illud duntaxat poterit arbitrari; ex rubr. & l. penult. ac ult. C. de long. tempor. praescript. facit l. si cum fideicommissaria 16. §. A-

risto, ff. qui, & à quib. commun. P. Molin. ubi proxime, Caroc. rubr. de locat. lad. long. temp. q. 3. n. 2. ibi plurimi, D. Covarruv. infra, nu. 3. vers. Quod verò, in fin. Valasc. sup. n. 15.

Ibi: Hac tamen in re.

Quod locationem rerum Ecclesiasticarum ante iâ constitutionem Pauli II. in d. Extravagant. Ambitiosa, longum tempus censebatur decennium; & ultra, ut contractus irritaretur, & in hoc non poterat Judex aliter decernere, nec brevius tempus, ut novennium, longum judicare; Molin. nu. 29. Delbene ubi proxime, nu. 3. Caroc. de rubr. de reb. Eccles. nu. 26. Cevall. nu. 14. P. Molin. disp. 466. nu. 10. conf. Ante tempora, Redoan. d. q. 6. Aug. Barb. d. alleg. 95. n. 14. Cavalc. decis. 43. n. 57. Guttier. sup. lib. 2. c. 8. n. 26. Vazq. ubi proxime, Quod ita communiter receptum est, quia in c. fin. ne Praelat. vic. suas, locatio ad septennium observari praecipitur, atque ita ad modicum tempus judicatur; unde illatum est, locationem infra decennium, ad longum tempus non esse. Sed hoc restringitur ad Praelatos, aut beneficiarios seculares, nam quoad Regulares, etiam infra decennium locatio ad longum tempus censebitur, si iudicanti ita visum fuerit, ut docet D. Covarr. infra nu. 3. vers. Quod verò, ubi comprobatur, n. 32.

Ibi: Et id verum est, etiamsi expresse agatur.

Ex locatione ad longum tempus quaeritur conductori dominium utile rei locatae, ut dictum est sup. n. 10. & mox repetam: haec autem dominii acquisitio impediri potest, si convenerint contraheutes, ne transferatur illud, Caroc. cum multis, quest. 1. an per locationem ad long. temp. utile domin. transferat. n. 6. pag. 53. Greg. Lop. in l. 19. gloss. 7. tit. 8. part. 5. Redoan. d. tract. de reb. Eccl. non alien. in princip. verb. vocabulum. num. 6. Guttier. ubi proxime, n. 27. quanquam contrarium visum sit Molin. d. c. 21. n. 24. vers. In secunda specie. Per. Molin. disp. 466. n. 6. Hinc quaeritur, si locatio rei Ecclesiasticae ad longum tempus fiat cum pacto, ut dominium utile conductori non acquiratur, num valeat? & negativè cum D. Covarr. in presenti resolvunt Caroc. ubi proxime, q. 3. n. 16. Cuman. in l. codicillis, §. Instituto, in 2. lectur. ff. de leg. 2. Marefcot. sup. n. 7. Jaf. conf. 94. col. fin. lib. 1. Panel. in l. 1. part. 3. n. 64. C. de bon. matern. nam privatio illa percipiendi fructus per plures annos, alienatio censetur. Quod verum est omnino, quando locatio ad successorem transit, de quo sup. c. praecedenti.

Vers. Ex quo apparet.

14 Quibus alienatio interdicatur locare ad longum tempus non licet, Cancer. d. c. 4. num. 26. Herm. in l. 4. gloss. 2. n. 38. tit. 3. p. 5. Caldas de renovation. emphyteut. q. 16. n. 7. Molin. d. c. 22. a n. 15. Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 2. n. 25. Duenas reg. 40. amplias. 12. Boer. decis. 234. nu. 2. Caroc. cum pluribus, ubi proxime ex n. 3. pag. 54. Pinell. d. n. 64. Jul. Clar. in prax. crimin. §. fin. q. 82. verb. Statutum circa alienationes, n. 4. P. Molin. n. 8. Cavalc. decis. 43. n. 57. Delbene c. 17. dubit. 3. n. 2. Menoch. dicit. casu §. n. 4. Greg. Lop. ubi proxime, Valasc. cum pluribus dicit. q. 22. n. 14. Ratio est, quoniam verè alienat, qui utile dominium in alium transfert. Sic praedium minoris absque de-